

Pythagorica haec sequens, alia quoque praeter Italicorum philosophiam propria habens a iuvene enim primo congressus Cratylo et Heracliticis opinionibus tamquam omnibus sensibilibus, semper fluentibus et scientia circa ea non existente haec quidem postea existimavit. Socrate
 5 vero circa [325] mores versante de universa autem natura nihil, quam in his universale quaerente et in definitionibus primo adhibente intellectu illum amplexus, quia quaereret de universalibus, talem putavit tamquam de aliis definitiones factas et non de sensibilibus aliquo. Impossibile enim esse communem definitionem sensibilibus alicuius semper mutatis. Iste quidem talia entium ideas nominavit sensibilia, circa
 10 ea quae praeter haec et secundum haec dici omnia, per participationem enim esse pleraque univocorum aequivoca speciebus: participationem vero nomen solum mutavit: Pythagorei enim imitationem dicunt esse entia numerorum. Plato vero participationem nomen mutans, participationem tamen vel imitationem, quae fuerit specierum, omiserunt in communi quaerere. Et non multo post:² Unum quidem et numeros praeter res facere et non sicut Pythagorei et specierum introductio propter considerationem, quae in sermonibus facta est, priores enim dialecticae non participabant.

20 Hoc ipsum etiam tradit libro 6. capite 4. et 9., quae quidem narratio, ut dicere solet Syrianus, dictorum omnium infelicissimum mihi videtur et praeterea falsissimum. Nam nec Socrates definibilia sola universalia esse putavit, nec Plato, ut nos asserimus, idearum excogitator fuit idque omnino falsum esse affirmamus.
 25 Fuit enim haec Pythagoreorum ante Platonem doctrina et ante Pythagoreos Orphei et ante Orpheum Aegyptiorum et ante Aegyptios Chaldaeorum. Quam rem multis eorum testimoniis ostendam.

² τὸ μὲν οὖν τὸ ἐν καὶ τοὺς ἀριθμοὺς παρὰ τὰ πράγματα ποιῆσαι καὶ μὴ ὡσπερ Πυθαγόρειοι, καὶ ἡ τῶν εἰδῶν εἰσαγωγή διὰ τὴν ἐν τοῖς λόγοις ἐγένετο σκέψιν. οἱ γὰρ πρότεροι διαλεκτικῆς οὐ μετεῖχον. [ARIST. Metaph. 987b.29 – 33]